# Qualia dicūť que

ſm hec denoīatiue dicunť vel ab aliq̄ ⁊c̄.
Poſtq̄ȝ autor determinauit de q̄litate ī
cōmuni ⁊ q̄ȝtū ad ſuas ſpēs Hic cōſequē
ter determinat de q̄li qđ eſt eius denoīa
tiuū. Rō ordinis ē quia q̄litas dat eſſe
formale q̄li. Et eſt origo ipſi⁹ Jđo p̄us
diffinita eſt q̄litas a poſteriori per quale
tamēȝ per ſuuȝ effectū. q2 q̄le eſt ꝓprius
effect⁹ ⁊ formal' ipſius q̄litatis Et quia
cauſa naturalr̄ p̄cedit ſuū effectū. Jdeo
p̄us determinatū ē de q̄litate q̄ȝ de q̄li.
Sciendū p̄mo ꝙ Quale ⁊ q̄litas in loc
cōueniunt q2 dicūt eandē eſſentiā. ⁊ iđo
cōueniūt in ſignificato. ſȝ differunt q2 q̄li
tas dicit illā ſm ſe ⁊ nō ſm inherētiā ad
ſubiectū. q̄le vero īportat illā eſſentiā cū
inherētia ad ſubiectū. Jđ differt q̄le ⁊ q̄
litas. q2 q̄litas ē abſtractū. q̄le vero con
cretū eius Et q2 dicūt eādē eſſentiā Jđ
reponunť ī eodē p̄ďto. ⁊ ſic q̄litas eſt ge
nus generaliſſimū ⁊ p̄dicať in abſtracto
ita etiā q̄le p̄dicať in cōcreto de ſuis infe
rioribus Jta ꝙ ſilr̄ ſua inferiora de q̄bus
p̄dicať accipiunť in concreto. vt albū eſt
quale vel nigꝝ eſt q̄le. Sciendū ſcđo
ꝙ Concretū duplr̄ cōſiderať. Uno mō
ſm reſpectū quē hȝ ad ſuū ſubiectum ⁊
ſm talem reſpectū nō ordinať in p̄dica-
mento. q2 hoc mō nō ē gen⁹ vel ſpēs. ſed
accidēs. Alio mō cōſiderať ſm reſpectū
quem hȝ ad ſua inferiora q̄ꝝ eſt gen⁹. ⁊
ad ſua ſuperiora q̄ꝝ eſt ſpēs. ⁊ ſm taleȝ
reſpectū ordinabile eſt in genere ſm ſub
et ſup̄ ⁊ per ſe reponiť in p̄ďto Unde licȝ
reſpiciat ſuuȝ ſubiectū. tū̄ ille reſpect⁹ nō
tollit ab eo reſpectum eſſentialem ad ſua
ſuperiora q̄ꝝ eſt ſpēs vel inferiora quoꝝ
eſt gen⁹ Jdeo nō impedit ipſum per ſe re
poni in p̄ďto ⁊ licet etiā cōnotet ſubiectū
eo ꝙ ſignificat formā cū inherētia ad ſub
iectum. tū̄ nō ſignificat ſubiectum de ſuo
p̄ncipali ſignificato. q2 vt poniť ſuperius
album ſolā qualitatē ſignificat. Et quia
vnūquodq̄ȝ reponiť in p̄ďto ſm eſſentiā
quā importat. q2 ergo ꝯcretū dicit eſſen
tiam ſui abſtracti. Jđ poniť ī eodē p̄ďto
cū ſuo abſtracto. ¶ Sciendū tercio ꝙ
Quale ſic diffiť. Qualia vero dicunť q̄
ſm hec denoīatiue dicunť. vel ab aliqua
q̄litate nō denoīatiue. Jn q̄ diffinitione
loco generis ſubintelligiť dicibile. Dici-
bile enī hȝ modum generis reſpectu oīm
p̄ďtoꝝ. Deinde poniť q̄ ſm hec denoīa-
tiue dicunť ad denotandū q̄lia q̄ ſm ve-
ram denoīationē dicunť ab aliqua q̄lita
te ſicut ḡmaticus ā gramatica. ⁊ iuſtus a
iuſticia. q̄ dicunť denoīatiue ſm hec iđ ē
ſm q̄litates ſuperi⁹ poſitas. Deinde po-
nitur vel ab aliq̄ qualitate nō denoīatiue
Ad denotandū q̄lia q̄ dicunť a q̄litate
nō ſm verā denoīationem vt ſtudioſus a
v̄tute. Sciendū quarto. ꝙ Trib⁹ mo-
dis dicitur quale ⁊ nō denoīatiue. Uno
modo qn̄ q̄litas habet eſſe imperfectum
in ſuo ſubiecto vt qn̄ habet eſſe remiſſum
in ſuo ſubiecto. qđ non ſufficit denoīare
ſubiectū. ſicut caliditas in aq̄ tepida Uel
quando ineſt in trāſitu ⁊ nō permanet in
ſubiecto vt pallor ex timore. Uel q̄n̄do
ineſt ſubiecto ſolum ſcđm partē que nō
ſufficit ad denoīandū totū ſubiectū vt eſt
albedo in dentibꝫ ethiopis que nō ſufficit
denoīare totū. Hijs autē trib⁹ modis q̄
ſumunť ex parte rei quale nō ſumiť a qua
litate. Alio modo ſumiť quale a quali-
tate nō denoīatiue ex parte vocis quādo
ſcȝ ipſum q̄le non habet denoīationē ſm
denoīationem ſui abſtracti ſic ꝙ cōuenit
cum ipſo in p̄ncipio ⁊ differunt ab eo in
fine quod tamen requiriť ad denomina-
tionem. Et hoc contingit dupliciť. Uno
modo quando q̄litati a qua ſumitur q̄le
non eſt nomē impoſitū vt curſor pugilla
tor quādo dicunť a naturali potētia cur-
rendi vel pugillandi dicuntur denoīatiue
quia illi naturali potētie nō eſt nomē im-
poſitū. ſed quādo dicunť ab arte curren-
di vel pugillandi ⁊ ſic ſunt in p̄ma ſpecie

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-220/0162
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG